

abbas libere absque molestia cuiusquam iniurię possidebit et ad suam ecclesięque sue commodum ea curabit, nisi ipse lantgravius iudiciali sententia ea ab abbate possit obtinere vel suffragantibus servitorum suorum meritis ab ipso sponte sibi collata valeat adipisci. Ut autem hec transactio firmiori vigore fulciatur, lantgravius in dexteram nostram et filii nostri regis Heinrici et ipsius abbatis datis fidei sponsoribus et adhibitis testibus constanter promisit, se nunquam contradicturum huic compositioni nec aliqua dissimulationis inconstantia aliquatenus^{a)} obviaturum. Fidei sponsores sunt. Comes Elgerus de Honstein. Comes Sibodo de Scartvelt. Albertus de Hildemburch^{e)}. Meinhardus de Mulemburc. Thiedericus buregravius de Cappelendorf. Giuehardus de Scigemberc. Ekehardus de 10 Guterem. Mehtfridus de Cimberem. Vdo^{f)} de Totpestede. Bertoldus de Rornefurt. Testes vero sunt. Fridericus dux Suevię. Godefridus imperialis aule cancellarius. Rüdolfus eiusdem aule prothonotarius. Burchardus prepositus de Iecheburc. Albertus de Bisenrodhe. Albero camerarius Hersfeldensis ecclesię. Otto prepositus de Hagenenroht. Witelo capellanus. Comes Erwinus de Geligen. Comes Guncelinus de Szuerin. Comes 15 Otto de Kirhberc. Comes Heinricus de Suarczemberc^{g)}. Comes Guntherus de Kiueremberc^{h)}. Albertus de Grombachⁱ⁾. Comes Hogerus de Waltingerodhe et frater eius Burchardus et alii quam plures. Actum anno domini M̄CLXXII, indictione I, II. kal. decembr. in civitate Erfordiensi.

(S.)

20

468.

Gerhard von Stechau leistet Verzicht auf seinen Antheil an Borsendorf zu Gunsten des Klosters Pforta. — Zeugen: Markgraf Otto und dessen Brüder Markgraf Dietrich und Graf Dedo.

Merseburg, 1182 Dez. 4.

Hdschr.: *Transsumptbuch (Saec. XVI.) fol. 198. Bibliothek der Landesschule Pforta. Dieser Akt, von gleichzeitiger Hand, befand sich (nach Mencke SS. 1,771) auf der Rückseite von No. 447. Das Original, früher in der Stadtbibliothek Leipzig, ist jetzt verloren.*

25

Gedr.: *Mencke, Script. 1,771 und Zeitschr. für Thür. Gesch. N. F. 1,237.*

De Borsindorf.

Sciendum, quod post annum et amplius huius dati cirographi videlicet II nonas 30 decembris predictus Gerhardus Valco venit Merseburc coram imperatore Friderico et consensit predictę donationi fratrum suorum in Borsindorf et, quicquid habuit iuris inibi, dimisit presentibus Ottone marchione de Misne fratribusque suis marchione Theoderico et comite Tettone, Friderico de Vwniburc, Swidgero et Brunone de Imnetz, Friderico et Petro de Hagin, Bertoldo de Shoninberc, Cūonrado Ratsac et compluribus aliis. In- 35 super idem Gerhardus venit ad Portam sanctę Marie et consensu fratrum suorum tertiam partem possessionis in Borsindorf super summum altare obtulit plaustratam vini, quam fratres sui condixerant dari ei singulis annis, prorsus dimisit, vineam, que dicitur nova, v agrorum, unde vinum sibi dabatur, ex parte sua tantum contulit, decimam inde ecclesie in Borsindorf dari, quia sui iuris erat, interdixit, quam fratres sui, dum eam colerent, pro 40 se dari promiserant.

467. d) aliquatenus fehlt B. e) hildemburc B. f) Vdo B. g) suarcemburc B. h) keveremberc B. i) grombach B.